

Forfatter: Ewald, Johannes

Titel: Udrag fra DE PARADISO (1764)

Citation: Ewald, Johannes: "Johannes Ewalds samlede skrifter", i Ewald, Johannes: *Johannes Ewalds samlede skrifter*, Gyldendal, (1969), s. 86. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-ewald03val-shoot-idm140321582555344/facsimile.pdf> (tilgået 18. april 2024)

Anvendt udgave: Johannes Ewalds samlede skrifter

»locant. Modo extra, modo supra, modo infra ter-  
 »ram, & in occulto hominibusque ignoto loco situm  
 »volunt. Quidam illi sub polo Arctico, in Tartaria,  
 »ubi nunc mare Caspicum est, locum tribuunt. Alii,  
 »eum in terris orientem spectantibus, in littoribus  
 »Gangis quæerunt; insulam Ceylan nobis monstrant,  
 »ideoque vocem ab indis deducunt. Alii eum in  
 »China, alii in Armenia, alii in Africa, alii sub  
 »Æquatore, alii sub montibus Lunæ, unde Nilus  
 »oritur, eum invenire volunt. Plurimi pro Asia lo-  
 »quuntur: quidam in Armeniam eunt, alii ad Me-  
 »sopotamiam, aut ad Assyriam, aut ad Persiam,  
 »aut ad Babyloniam, aut Arabiam, aut denique  
 »terram promissam se conferunt, & locum ejus re-  
 »perire student. Fuerunt &, qui in Europa Paradi-  
 »sum invenirent. Hactenus Huetius. Ipse putavit,  
 hortum istum divinum, intra ipsas origines Tigris  
 & Euphratis, Phasis & Araxis, situm fuisse, sed a  
 P. Calmeto solide refutatus (f). Immo, quod om-  
 nem fidem excedit, Rudbekkius, si recte memini,  
 in patria sua Svecia Paradisum collocat.

## §. IX.

Hic habes, L. B., varias de situ Paradisi, senten-  
 tias. Tute videbis, quam difficile foret, ex tanta  
 multitudine, veram monstrare, monstratamque  
 solidis argumentis demonstrare. Id igitur, quod  
 humeris nostris gravius est, missum facimus, sine  
 pluribus ambagibus, ad tertiam tendentes quæ-  
 stionem. An scilicet, adhuc exstet Paradisus. Sed  
 & hæc, spatii ergo, in sequentem annum est  
 differenda; quo istam, una cum reli-  
 quis, absolutam, luci mandabimus.  
 Si Deus voluerit & vixerimus.

(f) Calmet. ad Gen. 2, 8. p. 50. sq.